

December 24

Christmas Eve

Station at St Mary Major

Purple

1 Cl. (Duplex 1 Cl.)

INTROIT: *Exod. 16:6, 7*

Hodie scietis, quia veniet Dominus, et salvabit nos : et mane videbitis gloriam ejus. *Ps. 23:3:* Domini est terra, et plenitudo ejus : orbis terrarum et universi qui habitant in eo. *℟. Gloria.*

This day you shall know that the Lord will come, and save us : and in the morning you shall see his glory. Ps. 23:1: The earth is the Lord's and the fullness thereof : the world and all they that dwell therein. ℟. Glory.

COLLECT

Deus, qui nos redemptionis nostræ annua exspectatione lætificas : præsta, ut Unigenitum tuum, quem Redemptorem læti suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

O God, who dost gladden us by the annual expectation of our redemption, grant that we, who now with joy receive thine only-begotten Son as our Redeemer, may behold without fear the same Lord Jesus Christ thy Son coming as our judge. Who liveth and reigneth.

EPISTLE: *Rom. 1:1-6*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Paulus, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum, sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri : per quem accepimus gratiam et apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus, in quibus estis et vos vocati Jesu Christi Domini nostri.

A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Romans.

Brethren: Paul, a servant of Jesus Christ, called to be an Apostle, separated unto the gospel of God, which he had promised before by his prophets in the holy Scriptures, concerning his Son, who was made to him of the seed of David according to the flesh, who was predestinated the Son of God in power according to the spirit of sanctification by the resurrection of our Lord Jesus Christ from the dead, by whom we have received grace and Apostleship for obedience to the faith in all nations for his name, among whom are you also the called of Jesus Christ our Lord.

GRADUAL: *Ps. 16:6-7*

Hodie scietis, quia veniet Dominus, et salvabit nos : et mane videbitis gloriam ejus. *℟. Ps. 79:2-3:* Qui regis Israel, intende : qui deducis, velut ovem, Joseph : qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Benjamin, et Manasse.

This day you shall know that the Lord will come and save us; and in the morning you shall see his glory. ℟ Ps. 79:2-3: Give ear, O thou that rulest Israel : thou that leadest Joseph like a sheep; thou that sittest upon the Cherubim, appear before Ephraim, Benjamin, and Manasses.

On Sundays, the following ALLELUIA may be inserted.

ALLELUIA

Crastina die delebitur iniquitas terræ : et regnabit super nos Salvator mundi.

Tomorrow the iniquity of the earth shall be done away : and the Saviour of the world shall reign over us.

GOSPEL: *Mt. 1:18-21*

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Continuation of the holy Gospel according to St Matthew.

Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens : Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium : et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

When Mary, the mother of Jesus, was espoused to Joseph, before they came together, she was found with child, of the Holy Ghost. Whereupon Joseph, her husband, being a just man, and not willing publicly to expose her, was minded to put her away privately. But while he thought on these things, behold the Angel of the Lord appeared to him in his sleep, saying: Joseph, son of David, fear not to take unto thee Mary thy wife, for that which is conceived in her is of the Holy Ghost. And she shall bring forth a Son; and thou shalt call his name Jesus. For he shall save his people from their sins.

OFFERTORY: *Ps. 23:7, 1, 2*

Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales : *Et introibit Rex gloriæ. *℟.* Domini est terra et plenitudo ejus : orbis terrarum et universi, qui habitant in eo. *Et introibit. *℟.* Ipse super maria fundavit eum : et super flumina præparavit eum. *Et introibit.

*Lift up your gates, O ye princes, and be ye lifted up, O eternal gates : *and the King of glory shall enter in. *℟.* The earth is the Lord's and the fullness thereof: the world, and all they that dwell therein. *And the King. *℟.* He hath founded it upon the seas : and hath prepared it upon the rivers. *And the King.*

SECRET

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus : ut sicut adoranda Filii tui natalitia prævenimus, sic ejus munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui tecum vivit et regnat.

Grant, we beseech thee, almighty God, that as we anticipate the adorable birthday of thy Son, so may we joyfully receive his eternal gifts. Who liveth and reigneth.

PREFACE

Of Advent

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : per Christum Dominum nostrum. Per quem perditio hominum generi Salvatorem misericors et fidelis promisisti, cujus veritas instrueret inscios, sanctitas justificaret impios, virtus adjuvaret infirmos. Dum ergo prope est ut veniat quam missurus es, et dies affulget liberationis nostræ, in hac promissionum tuarum fide piis gaudiis

It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord. For in thy mercy and fidelity thou hast promised him as Saviour to the lost race of men, to instruct the ignorant with his truth, justify the wicked with his holiness, and help the weak by his power. Now that the time draweth nigh that he whom thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in thy

exsultamus. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

or (on Sundays): Of the Trinity:

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum Unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus : non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

or (on weekdays): Common Preface

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exsultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes :

COMMUNION: Is. 40:5

Revelabitur gloria Domini : et videbit omnis caro salutare Dei nostri.

promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing an hymn to thy glory, evermore saying:

It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God : who with thine only-begotten Son and the Holy Ghost art one God, one Lord; not in the oneness of a single person, but in the Trinity of one substance. For that which we believe from thy revelation concerning thy glory, that same we believe of thy Son, that same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, we shall adore distinction in persons, oneness in being, and equality in majesty; which Angels and Archangels, the Cherubim too and the Seraphim do praise; day by day they cease not to cry out, saying, as with one voice:

It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God; through Christ our Lord : through whom the Angels praise thy majesty, the Dominions adore, the Powers tremble. The Heavens, and the Virtues of the heavens, and the blessed Seraphim, do celebrate with united joy. In union with whom, we beseech thee, that thou wouldst command our voices also to be admitted, with suppliant confession, saying:

The glory of the Lord shall be revealed; and all flesh shall see the salvation of our God.

POST-COMMUNION

Da nobis, quæsumus, Domine, unigeniti Filii tui recensita nativitate respirare : cujus cælesti mysterio pascimur et potamur. Per eundem Dominum.

Grant, we beseech thee, O Lord, that the celebration of the birth of thine only-begotten Son may give us new life, whose heavenly mysteries are our food and drink. Through the same Lord.